

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sacerdos c
cum fonte primo

Non despecta, non
uetula absque affinitate peculiariter
suscienda est ad domesticum
obsequium; quia magis cito
delinquitur ubi sine suspicione securum
potest esse delictum, maxime
quia libidinis nulla deformitas, nulla
despectio existit cui
dyabolus pingens speciosum efficit
quicquid fedum uel horridum fuerit.

Augustinus de singularitate clericorum.

non despecta, non
uetula sine adfinitate peculiariter
suscienda est ad domesticum
obsequium: quia magis illic cito
delinquitur, ubi sine suspicione securum
potest esse delictum, maxime
quia cupidini nulla deformitas, nulla
despectio fastidii uel uilis existit, cui
diabolus pingens speciosum efficit
quicquid foedum uel horridum fuerit.

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De singularitate clericorum*, 44 (CSEL 3.3, W. Hartel ed., p.219, ll.19-24).